

AUGUSTISSIMO ROMANORUM

IMPERATORI

J O S E P H O .

---

**N**atus es: ad regnum quamvis haud natus at esses,  
Regnum Marte Tuo promeruisse palam est.

Spiritus armipotens renuit se pectore claudi:  
Bellicus hinc blando sculptus in ore micat.

Aurea mens omnes terrae spatiat in oras:  
Singulaque invisit sidera, Solis iter.

Ingenium excultum penitas invasit in artes;  
Quas Mars, quas Phoebus, quasque Minerva fovet.

Dirigere addictas acies, castrisque locare,  
Quot possint acies cingere castra, tenes.

Orpheus emergis, stringis si pectine nervos:  
Si canis, a Musis tradita palma Tua est.

Quas olim docuere Solon, legesque Lycurgus  
Ingenii calles lumine, more colis.

Talis es ad cunctos, Te vere haud talis ad unum:  
Quae tibi sunt dotes, unus habere negas.

Qualis es, hos vereor numeros offerre: sed illi  
Obtulerim, qualem nullus at esse putas.

Accipias, quali cunctis affabilis ore es:  
Atque ita Maecenas, non mihi censor eris.

Faint, illegible text within a light blue rectangular border, possibly bleed-through from the reverse side of the page.